

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Elementa dialectica ex commentario logico Johannis
Conradi Dannhaueri**

Rapp, Johann Heinrich

Argentorati, 1668

urn:nbn:de:bsz:31-102382



m
86

II 103

gym 2586

ELEMENTA DIALE-
CTICA
EX
COMMENTARIO
LOGICO
DOMINI
JOHANNIS CONRADI
DANNHAWERI. D.

AD
DISCENTIUM FACILIOREM CAPTUM
FORMATA
à
JOHANNE HENRICO RAPP.

Christianus
Anno 1702



Halbüsch
23 Junij

ARGENTORATI
Sumptibus & Typis JOSIÆ STÆDELII.

M DC LXIX.

9

Gymn 2586



OPTIMÆ. INDOLIS.
EXIMIÆ. SPEL.

HOC. EST.

AVITARUM. PATERNARUMQ.
VIRTUTUM.
ÆMULO. JUVENI.

DN. JOHANNI MICHAELI
BRACKENHOFFERO.

ARGENTORATENSI.

BONARUM. ARTIUM. STUDIOSO.

S. P. D.

JOHANNES HENRICUS RAPE.



Uper TIBI, mi Jo. MICHA-
EL! Compendium Diale-
cticum ad Commenta-
rium Logicum D. DANN-

HAU.



HA
hi
pro
scu
de
po
en
cer
lo
hu
eti
me
me
Tu
me
de
rat
Dr
se

HAVER I, p. m. formatum exhibueram, ut studia tua privatim pro virili adjuvarem: nunc opusculum, quod penna exaratum dederam, in lucem publicam, Te potissimum authore prodit. Et enim pagellas hasce prelo subijcere (si vera simpliciter fateri volo: nam me non latet, quid valeant humeri, quid ferre recusent. hinc etiam gratias acturus sum errata mea mihi indicaturo) ante in mentem nunquam venerat, quã Tu eas DN. SIMONI PAULLI forte monstrares; quas cum ille typis describi se curaturum condixerat, non sum refragatus. Sed ut DN. PAULLI hic quoq; declararet, se famæ, quæ virum integrum de-

); (2 cet,

cet, esse studiosum, DN. JOSIÆ
STÆDELIO, quod illius typogra-
pheum *DIALECTICAM*
DANNHAVERIANAM
adornaverat, facile id cessit, quod
jam (si tanti est) sui juris esse pote-
rat. atq; ita factū, ut elementa ista
in manus publicas venirent. Jam
per multos annos ea methodo
(Canonum tamen explicatione
minime neglectâ) in privatis su-
per *DIALECTICAM D.*
DANNHAVERI collegiis me
non sine auditorum fructu fuisse
usum, illi non ignorant, qui inge-
nue profitentur, quomodo profe-
cerint in iis, quæ homini sine cor-
tice nanti, parva quidē videntur;
sed queis sine aditus ad majora
non

no
fr
qu
Q
ES
cto
ple
de
Po
EB
Pe
Sic
an
fel
qu
tur
xit
dii

non est. Monitum HORATII nostri, in epistola ad Pisones, nunquam non animo occurrit: *QVICQVID PRÆCIPIES, ESTO BREVIS!* Cui aureo dicto non possum quin addam triplex anagramma, quod in laudem brevitatis scripsit Anglus Poëta Jo. OWENUS ad CAROLUM EBORACENSEM *epigr. XXXI.*

Perspicua brevitare nihil magis afficit aures:
In verbis, ubi res postulat, esto brevis.

Sicut enim verborum multitudo animos audientium distrahit: ita feliciores in informando sunt, qui multa breviter complectuntur atque absolute. & bene dixit, quisquis tyrones ex compendiis discere; in voluminibus ve-

ro vagari adfirmavit. Quod
si igitur hæc præcepta fideliter
memoriæ fuerint mandata, non
frustra erit reliquus labor, qui di-
visiones definitionesq; per exem-
pla declarat, debent enim ista cõ-
jungi; quum iter, quod per præ-
cepta longum, breve & efficax sit
per exempla. Ceterũ de industria
Canones hîc non ponuntur, (ex-
ceptis qui ad Suppositionem, ad
mentem tuę Logicæ scriptã, & ad
Syllogismi formationẽ faciunt.)
ut scias, quod TIBI ad tuam Diale-
cticam, quam in schola explicari
audivisti, ceu ad cynosuram sit re-
currendum. Animus quidem fu-
erat, limitationes Maximarum,
inprimis Topicarum, ex philoso-
phicis

phicis scriptis *D^N. D^N. DANN-
HAUERI, CALOVII, STHA-
LII, SCHEIBLERI*, excerptas,
& ad Logicam tuã accommoda-
tas addere : sed cum recordarer,
prima tantum hujus artis elemen-
ta hîc tradi, res omissa est; ob id
etiam, quod omnem laborem in
illis explicandis frustra impendi
experimur, nî terminorum, varia-
rumque distinctionum cognitio,
ex Metaphysica ad captum di-
scientium prius fuerit proposita.

Atq; hæc sunt, quæ apud Te po-
tissimum, mî BRACKENHOFFERE!
præfari volui. es enim è numero
etiam eorum, qui vel hortatu jus-
suq; D^NN. PARENTUM; vel proprio
instinctu, meique amore, meâ in-
forma-

formatione privata & usi sunt, &
etiamnum utuntur. Quod quan-
to mihi sit solatio, multis explica-
rem verbis, si instituti ratio per-
mitteret. Quod reliquum est, TI-
BI promotionem tuam ad lectio-
nes publicas sincere gratulor.
D. O. M. suo numine tuis studiis
ita adsit, ut tandem ex iis uberri-
mo quoque fructu percepto PA-
TRNÆ TVÆ, *alumna mea beneficen-*
tissima, sic inservire discas, ut
(quod porro bene vertat!) ad
AVITARUM PATERNARUMQUE VIRTU-
TUM CULMEN EVADAS. Vale. Scribe-
bam V. Id. April. cō Ioc LXVII.



COMPENDII
LOGICI
PROOEMIUM.

IN LOGICÆ DOCTRINA PROOEMIALI
quenam sunt notanda ?

Duo : Definitio & Divisio Logicæ.

Quid est Logica ?

Logica est habitus instrumentalis, discer-
nens verum à falso.

Quodnam est definitum ?

LOGICA.

Vnde derivatur hac vox LOGICA.

A Græco nomine λογική, h. e. oratio, ser-

mo.

Vocabulum λογική quot modis accipitur ?

Quatuor.

Quanam est prima acceptio ?

Primo, sumitur vox λογική Théologicè, &
notat verbum Substantiale seu Essentiale,
hoc est, Filium Dei.

Quanam est secunda acceptio ?

Secundo, sumitur vox λογική Poëticè, pro
vano sermone. h. e. *Narrenthädigungen /*
eytle possen.

A

Qua:

Quenam est tertia?

Tertio, accipitur Arithmetice pro computatione.

Quenam est quarta?

Quarto, accipitur vox λόγος Philosophice.

A quo λόγος derivatur Logica?

A λόγος qui Philosophice accipitur.

Δόξος Philosophice acceptus quomplex?

Duplex, vel Internus, vel Externus.

Quid est λόγος Internus?

Est ipse conceptus rerum, de quibus differendum: & vocatur RATIO.

Quid est λόγος Externus?

Est ipsorum conceptuum prolatus sermo: & vocatur ORATIO.

Derivatur ne LOGICA à λόγος interno, an vero ab externo?

Potius derivatur à λόγος interno, quam externo, quia & mutus potest esse LOGICUS.

LOGICA quomodo aliàs vocatur?

Alio nomine dicitur Dialectica.

Vocabulum DIALECTICA unde derivatur?

A Græco verbo διαλέγεσθαι, h. e. differere, verba inter se mutare.

Hæc duæ voces LOGICA & DIALECTICA differuntne inter se?

Quoad Philosophos veteres non differunt, ut qui hanc doctrinam modo vocarunt Lo-

DEFINITIONE.

ERICAM, modo DIALECTICAM: Sed quoad *Philosophos recentiores* differunt.

Quomodo?

Ut Totum & ut Pars: Scilicet LOGICA notat omne id, quod in hac doctrina proponitur; DIALECTICA vero certam tantum partem.

Quam partem?

Eam, quæ aliàs Topica dicitur, & in Epitome nostra Dialectica explicatur à p. 42. usq; ad p. 57.

Hac dicta sunt de Definito: jam expone quot partibus constet ipsa Definitio?

Duabus partibus constat Definitio, scilicet Genere proximo, & Differentia specifica.

Quodnam est LOGICÆ genus proximum?

HABITUS INSTRUMENTALIS:

Differentia unde desumitur?

A Fine & ab Objecto.

Finis Logica quotuplex?

Duplex: *vel Internus, vel Externus.*

Quinam est Finis Logica Internus?

Ipsa Formatio Syllogismi.

Quinam est Finis Logica Externus?

Ipsa veritas, quam à falsitate discernit Logica.

Quomodo Logica considerat veritatem?

In actu directivo: *h. e.* Logica ostendit & dirigit viam, quæ ad veritatem inveniendam ducit.

A 2

Quod-

Quodnam est objectum Logicæ? sive, Circa quid versatur Logicæ?

Objectum Logicæ est Oratio, quæ tractatur vel in secunda mentis operatione, vel in tertia.

Ergone prima mentis Operatio ad objectum Logicæ non pertinet?

NON: Ratio est ea, quia in terminis simplicibus, quæ in prima mentis operatione explicantur, neque veritas, neque falsitas est.

DE

DIVISIONE LOGICÆ.

Quomodo dividitur Logicæ?

In partem Formalem, & in partem Materialeni.

Vnde desumitur fundamentum hujus divisionis?

A diversa consideratione Syllogismi, qui est vel formalis, vel materialis.

Pars formalis quomodo aliàs vocatur?

Generalis sive communis, quia in genere in tribus mentis operationibus docet, quomodo omnis Syllogismus fit formandus.

Pars materialis quomodo aliàs dicitur?

Specialis sive propria, quia in specie docet, quænam sit Syllogismi materia.

— 06 (o) 06 —



LOGI-

LOGICÆ
PARS FORMALIS

DE

PRIMA MENTIS OPERATIONE.

Quid docet prima mentis Operatio?

Prima mentis operatio docet terminos
simplices.

*Quot membra sunt in prima mentis operatione
notanda?*

- Quinque. 1. PRÆCOGNITIO TERMINORUM,
2. PRÆDICABILIA. 3. ANTEPRÆDICAMENTA.
4. PRÆDICAMENTA. 5. POSTPRÆDICAMENTA.

MEMBRUM PRIMUM.

DE

PRÆCOGNITIONE TERMINORUM.

Quid est Terminus?

* Terminus est vox significativa, ex qua o-
ratio componitur, & in quam oratio resolvit-
tur. e. g. Cœlum. Arbor.

Quot sunt Terminorum Divisiones?

Septem.

*Quanam est prima divisio?*In Notionem primam & secundam.*Quid est Terminus Notionis primæ?*

Terminus Notionis primæ est omnis res,
quæ per se, etiam cuiusvis rustico, nota est. e. g.
Arbor, Lignum.

PRIMA MENTIS

Quid est Terminus Notionis secunda?

Terminus Notionis secunda est omnis terminus artis, quem in Schola discimus. e. g. Nominativus Casus. Genus Masculinum. Dactylus pes. Indicativus Modus. &c.

Quanam est secunda divisio?

In Syncategorema, Categorema, & ex utroque mixtum.

Quid est Categorema?

Categorema est terminus, qui per se vel Subjectum, vel Prædicatum in propositione potest fieri. e. g. Arbor. Cælum.

Quid est Syncategorema?

Syncategorema est Terminus, qui per se, h. e. absque addito alio vocabulo, neque Subjectum, neque Prædicatum in propositione potest fieri.

Quanam pertinent ad Syncategoremata?

Primo. Signa quantitatis. e. g. omnis, nullus, quidam, quidam-non.

Secundo. Omnes voces partium indeclinabilium.

Tertio. Adjectiva adjectivè sumpta.

Quarto. Casus obliqui.

Quid est Terminus mixtus?

Mixtus terminus est, qui miscetur, sive componitur, ex Categoremate & Syncategoremate. e. g. Nova, (*Substantivè sumpto hoc*

vocabulo) hoc est, Res (*qui terminus est Cate-
gorema*) novæ (*adjectivè, est Syncategore-
ma.*)

Quenam est tertia Termini divisio?

In positivum & negativum.

Quid est Terminus Positivus?

Terminus positivus est, qui rem aliquam
ponit. *e.g.* Arbor.

Quid est terminus Negativus?

Terminus negativus est, qui negat.

Negatio quotuplex?

Negatio est triplex.

scilicet?

1. Actualis seu contradictoria, quæ actu
negat. *e.g.* NON EST arbor. 2. Negatio infini-
ta, quæ in infinitum negat. *e.g.* EST NON-ar-
bor. 3. Privativa, quæ privative negat. *e.g.*
EX NON arbore fit arbor.

Quanam est quarta Termini divisio?

In abstractum & concretum.

Quid est Terminus abstractus?

Terminus abstractus est, qui notat solam
formam. *e.g.* Humanitas. Albedo. Ubi et-
iam licet nova Vocabula fingere. *e.g.* Arbo-
reitas.

Quid est Terminus concretus?

Terminus concretus est, qui notat for-

nam cum subiecto. e.g. Homo. Album. Arbor. *Scitas.*

Quenam est quinta Termini divisio?

In Communem & Singularem.

Quid est Terminus Communis?

Terminus Communis est, qui de pluribus potest dici, e.g. Arbor.

Quid est Terminus Singularis?

Terminus Singularis (seu individuum) est, qui notat rem unam & certam, e.g. Hæc arbor.

Quenam est sexta Termini divisio?

In Prædicabilem & Subiicibilem.

Quid est Terminus Prædicabilis?

Terminus prædicabilis est, qui secundum naturam de pluribus potest affirmari, e.g. Arbor.

Quid est Terminus Subiicibilis?

Terminus Subiicibilis est, de quo secundum naturam aliud potest affirmari. e.g. Hæc arbor.

Quid hic notandum?

Quod unus idemque terminus & subji-
cibilis esse possit, scil. ratione superioris; & si-
mul etiam prædicabilis, scil. ratione inferioris.
e.g. Arbor, respectu Plantæ, est subji-
cibilis; respectu Cerasi vero est prædicabilis.

Quenam est septima Termini divisio?

In Complexum & in Incomplexum.

Quæ

Quotuplex est Terminus Complexus?

Terminus Complexus est triplex: *Primo est complexus re*, qui complectitur plures res. e.g. lego. h. e. ego lego. *Secundo est complexus voce*, qui complectitur plures voces. e.g. Redemptor generis humani. *Tertio est complexus re & voce simul*, qui complectitur plures res & plures voces. e.g. Petrus doctus.

Quotuplex est Terminus Incomplexus?

Etiam triplex: *Primo est incomplexus re*, qui notat unam tantum rem. e.g. Redemptor generis humani. *Secundo est incomplexus voce*, qui notat unam tantum vocem. e.g. lego. *Tertio est incomplexus re & voce simul*, qui notat unam tantum rem, & unam tantum vocem. e.g. Petrus.

MEMBRUM SECUNDUM.

DE

PRÆDICABILIBUS.

Quodnam est secundum Membrum prima mentis operationis?

Prædicabilia.

Quid sunt Prædicabilia?

Prædicabilia sunt nomina notionis se-

A §

CUA.

cundæ, quibus Logicus distinguit nomina
notionis primæ.

Quot sunt Pradicabilia?

Quinque : Genus. Species. Differen-
tia. Proprium. Accidens.

DE GENERE.

Quid est Genus?

Syn. dijs. 2. Genus est Synonymum, quod de speciebus
transitive prædicatur in Quid. *e.g. in d. 1. d. Gen. Synony.*
et Logicum Quomodo Genus prædicatur de speciebus IN

QVID?

Quando Genus dicit, *Quid sit species? e.g.*
Si quero: *Quid est Homo?* Tunc Genus re-
spondet: *Est animal.*

Quot sunt Generis divisiones?

DUÆ.

Quenam est prima divisio?

Genus *vel* est summum, *vel* intermedium.

Quid est Genus Summum?

Genus summum est, supra quod non da-
tur aliud.

Quot sunt Summa genera?

DECEM: Substantia, Quantitas, Qua-
litas, Relatio, Actio, Passio, Ubi, Quando,
Situs, & Habitus.

Quid est Genus intermedium?

Genus intermedium est, quod medium
est

est inter summum genus, & ultimam speciem.

Intermedium genus quomodo aliàs vocatur?

Genus intermedium vocatur aliàs subalternum, quia modo genus est, respectu inferioris; modo species, respectu superioris.

Quanam est altera Generu divisio?

II. Genus *vel* est proximum, *vel* remotum.

Quid est proximum genus?

Genus proximum est, quod prope speciem est.

Quid est Genus remotum?

Genus remotum est, quod longè abest à specie. (E. G.) E. G.

Genus (Substantia) Summum.

Genus { *Corpus*
Vivens } *subalternum.*

Genus (Animal) proximum.

Species (Homo) infima.

Indi. (Hic Homo) - viduum. Quod null. alter. tri. rei potest.

DE SPECIE.

✓ *Quid est Species?*

Species est Synonymum quod de pluribus numero differentibus prædicatur in *Quid.*

Quomodo species prædicatur de individuo

IN QUID?

Quando *Species* dicit, *Quid sit Individuum.*

um.

um. e. g. Si quæro: Quid est Petrus? Tunc Species respondet: Est Homo.

Quotuplex est Species?

Species est duplex: *Primo*, Species infima: *Secundo*, Species subalterna.

Quid est Species infima?

Species infima seu specialissima est, quæ semper species manet, & nunquam potest fieri genus. *e. g. Homo.*

Quid est species subalterna?

Species subalterna est, quæ respectu superiorum est Species, respectu inferiorum vero est Genus. *e. g. Corpus.*

DE DIFFERENTIA.

Quid est Differentia?

Differentia est Synonymum, quod de Specie ultima, vel specie differentibus, prædicatur *in quale quid.*

Quid est quale quid?

Quale Quid, seu Essentiale, est, quod quærenti, Quid res sit quoad essentiam? dicit, quod sit hoc vel illud. *e. g. Si quæro: Homo, quale est Animal quoad essentiam? tunc respondetur: Est animal rationale.* Inest autem differentia suo subjecto per essentiam *Constitutive*. h. e. constituit essentiam sui subjecti.

Quo

Quotuplex est Differentia?

Differentia est *vel* divisiva, *vel* constituti-
va.

Quid est Differentia divisiva?

Differentia divisiva est quæ dividit supe-
rius.

Quid est Differentia constitutiva?

Differentia constitutiva est quæ aliquid
constituit.

Differentia constitutiva quotuplex?

Triplex: *Vel* Generica, quæ constituit ge-
nus: *Vel* Specifica, quæ constituit speciem: *Vel*
Individualis, quæ constituit individuum.

E. G.

Animal.

Differe(n)ti(a) di(v)isiva.

Diff. constit. Specifica.

Diff. constit. Generica.

Homo.

Bestia.

Hoc rationale est differ. constit. individua-
lis.

DE

PRIMA MENTIS
DE PROPRIO.

✧ *Quid est Proprium?*

Proprium est paronymum, quod de omni, solo, semper, & reciproce, *in quale necessarium* predicatur.

Quid est Quale Necessarium.

Quale Necessarium est, quod non potest non sequi essentiam jam constitutam. e. g. Risibile respectu hominis. Inest autem Proprium in quatto modo suo subjecto *per essentiam Consecutive*. h. e. consequitur essentiam jam constitutam.

Quos sunt modi Proprii?

Quatuor: *Primus modus est, qui competit soli* (speciei) *non omni* (individuo illius speciei.) e. g. Esse Medicum competit soli homini, sed non omni homini. *Secundus modus est, qui competit omni* (individuo alicujus speciei) *sed non soli* (illi speciei.) e. g. Esse bipedem competit omni homini, sed non soli homini. *Tertius modus est, qui competit soli* (alicui speciei) *omni* (individuo illius speciei) *sed non semper*. e. g. Canescere competit omni homini, & soli homini, sed non semper. *Quartus modus est, qui competit soli* (alicui speciei) *omni* (individuo illius speciei) *semper* (actu primo) & *reciproce*. e. g. Omnis homo est risibilis, & omne risibile est homo. *Coniunguntur quatuor hi modi sequente versu:*

¹ Est Medicus: ² Bipes: ³ Canescens: deniq; ⁴ Ridens.

Pro-

Proprium in quarto modo quotuplex?

Duplex: *Primo, Complexum seu Coniunctum*, quod includit conceptus oppositos, & sub disjunctione cum suo subiecto convertitur. *e.g.* Omne quantū est vel *aequale* vel *inequale*: Et quicquid est vel *aequale* vel *inequale*, est quantum. Sic: omnis numerus est vel *par* vel *impar*: Et quicquid & vel *par* vel *impar*, est Numerus. *Deinde, Incomplexum seu Simplex*, quod non includit conceptus oppositos, & solitarie cum subiecto convertitur. *e.g.* Omnis homo est *risibilis*: Et omne *risibile* est homo.

DE ACCIDENTE PRÆDICABILI.

* *Quid est Accidens Prædicabile?*

Accidens prædicabile est paronymum, quod *in quale contingenter* prædicatur de subiecto singulari. *substantiva, adiectiva, prædicabilia*

Quid est Quale Contingens?

Quale Contingens est, quod potest abesse & adesse, citra subiecti læsionem. *e.g.* *Paries* est *albus*. Homo est *dives*.

Quotuplex est Accidens prædicabile?

Duplex: *vel Separabile*, quod facile separari potest à suo subiecto. *e.g.* *doctrina*: *vel Inseparabile*, quod difficulter separari potest à suo subiecto. *e.g.* *durities respectu auri*.

MEM-

PRIMA MENTIS
MEMBRUM TERTIUM.
DE
ANTEPRÆDICAMENTIS.

Quodnam est tertium membrum in prima
mentis operatione?

Antepredicamenta.

Quot sunt Antepredicamenta?

Quatuor: 1. Æquivocum, Græce *ὁμώνυμον*.
2. Univocum, Græce *συνώνυμον*. 3. Analogum
scu Proportionem respondens. 4. Denomina-
tivum, Græce *παράνομον*.

× Quid est Terminus Æquivocus?

Æquivocus terminus est, qui de multis di-
citur tantū quoad nomen. e. g. Vox *Homo* di-
citur de Homine picto, & mortuo, & sculpto.

Terminus æquivocus quotplex?

Duplex: Æquivocus æquivocans, & Æ-
quivocus æquivocatus.

Quid est æquivocus æquivocans?

Æquivocus æquivocans est una vox, quæ
de multis, tantum quoad nomen, dicitur. e. g.
Homo.

Quid sunt æquivoca æquivocata?

Æquivoca æquivocata sunt illæ multæ
res, quibus una hæc vox æquivocè communis
est. e. g. *Homo pictus*, *Homo mortuus*, *Ho-*
mo sculptus.

Æqui-

Æquivocus æquivocans quomodo subdividitur?
 In Æquivocum à casu, & à consilio.

Quid est æquivocum à casu?

Æquivocum à casu est, ubi nullam possum reddere rationem, ob quam una vox de multis rebus æquivoce dicitur. *e. g.* *Ius*, de lege & offa. *Eruca*, de verme & de herba.

Quid est æquivocum à consilio?

Æquivocum à consilio est, ubi possum reddere rationem, ob quam una vox de multis rebus æquivoce dicitur: eaque ratio desumitur *vel* à similitudine, *vel* à propörtione,

De Æquivocum à Similitudine?

Homo pictus ideo vocatur *Homo*, quia similis est homini vero:

De Æquivocum à Propörtione?

Vox *Os* dicitur de parte animalis, & de radice: Sicut enim animal ore capit cibum; ita *Planta* per radicem attrahit ex terra succum. Vox *PES* tribuitur & membro animalis, & parti scamni: Sicut enim animal, ita & scannum sustentatur pedibus.

✕ Quid est *Terminus Univocus*?

Terminus univocus est, qui de multis, & quoad nomen, & quoad definitionem æqualiter dicitur. *e. g.* *Animal* dicitur æqualiter de homine & bestia. *Homo* dicitur æqualiter

B

de

de Petro, Paulo, Johanne. *Rationale* dicitur æqualiter de Michaële, Jacobo, Andrea &c.

Quot sunt Univoca?

Tria: Genus. Species. Differentia.

Quid est Terminus Analogus?

Terminus Analogus est, qui de multis inæqualiter dicitur, scil. de uno primario, de altero secundo: e.g. *Ens* primario de DEO dicitur, secundo de creatura.

Quid est Denominativum?

Denominativum est, quod ab alio denominatur sive derivatur.

Quot sunt hic notanda?

Tria.

1. Forma Denominans. 2. Denominatum. 3. Denominativum

Fortitudo: Alexander. Fortis.

Altitudo: Mons. Editus.

Quot modis fit Denominatio?

Duobus modis: *Primo* ob significationem & inflexionem vocis simul. e.g. Fortis à Fortitudo. *Deinde* ob solam significationem. e.g. Editus ab Altitudo.

MEMBRUM QUARTUM.

DE

PRÆDICAMENTIS.

Quodnam est quartum membrum in prima mentis operatione?

Præ-

Prædicamenta.

Quot sunt Prædicamenta? Arist. ^{primo} divisit ⁱⁿ ^{duas} ^{partes} ⁱⁿ ^{Sub-} ^{stantiam} ^{et} ^{accidens} ^{et} ^{eccl.}

Decem: Substantia. Quantitas. Quali-
tas. Relatio. Actio. Passio. Ubi. Quando.
Situs. Habitus.

* Quid est Substantia?

Substantia est ens per se subsistens. *verbi gratia*

Quotuplex est Substantia?

Duplex: vel prima, vel secunda.

Quid est Substantia prima?

Substantia prima est omne individuum
substantiale. e.g. Hic Homo. *quem modo dividit in individua
dividi non potest logice*

Quid est Substantia secunda? *scilicet Physice*

Ad substantiam secundam pertinent om-
nia genera, & omnes species Substantiales.
e.g. Animal. Homo.

* Quid est Quantitas?

Quantitas est accidens prædicamentale, à
quo res dicitur quanta.

Quantitas quotuplex est?

Quantitas est duplex: vel continua, quæ
aliàs dicitur extensa, seu Magnitudo; *scilicet
aut de frangi* vel dis-
creta, quæ aliàs dicitur divisibilis, seu Multi-
tudo.

PRIMA MENTIS

Quid est Magnitudo?

Magnitudo est quantitas, cujus partes continuantur & cohærent. e.g. *tabula.*

Quoruplex est Magnitudo?

Magnitudo est duplex: *vel* permanens, quæ in quovis momento suum habet esse. e.g. *Linea. Superficies. Corpus.* ^{*Aeternitas.*} *vel* successiva, quæ multa requirit momenta ad suum esse. e.g. *Tempus.*

Quid est Linea?

Linea est quantitas habens solam longitudinem.

Quid est Superficies?

Superficies est quantitas habens longitudinem & latitudinem. *Umbra.*

Quid est Corpus?

Corpus est quantitas habens longitudinem, latitudinem, & profunditatem.

Quid est Tempus?

Tempus est mensura motus cœlestis secundum prius & posterius.

Quid est Multitudo?

Multitudo est quantitas, cujus partes sunt discreta.

Quoruplex est Multitudo?

Multitudo est duplex: *vel* permanens. e.g. *Numerus.* *vel* successiva. e.g. *Oratio.*

Quid est Numerus?

Nume:

Numerus est Multitudo ex unitatibus collecta. *Quoruplex est Numerus?*

Duplex: *vel* Numerus Numerans seu Abstractus, qui notat solum Numerum. *e. g.* Quatuor. Triginta. *vel* Numerus Numeratus seu Concretus, qui notat Numerum cum Materia. *e. g.* Quatuor Floreni. Triginta Milites.

Quid est h. l. Oratio?

Oratio h. l. notat morulas in oratione discretas. *Quid est Qualitas?*

Qualitas est accidens prædicamentale, à quo res dicitur qualis.

Quot sunt species Qualitatis?

Quatuor: Potentia naturalis, ad quam impotentia: Habitus, ad quem dispositio: Qualitas afficiens, ad quam passio: Figura, ad quam forma refertur.

Quid est Potentia Naturalis?

Potentia naturalis est ipsa vis & facultas agendi, quam res quælibet ab ipsa statim natura habet. *e. g.* Risibilitas in homine. Vis generandi in planta.

Quanam pertinent ad Potentiam Naturalem?

Ad potentiam naturalem pertinent Intellectus. Voluntas. Omnes sensus, tam exteriores quam interiores. Virtutes plantarum, & animalium, & lapidum, & mineralium.

Quid est impotentia naturalis?

Impotentia naturalis est qualitas, qua aliquid ineptum est agendum aut patiendum. e.g. Impotentia in infante ad incedendum. Imbecillitas in ventriculo ad coquendum.

Quomodo h. l. consideratur impotentia?

Consideratur h. l. impotentia non privative, sed positive; eoq; modo est in hoc prædicamento, quatenus notat potentiam, sed imperfectam. e.g. imbecillitas videndi in senec.

Quid est Habitus?

Habitus est accidens, quo potentia naturalis corrigitur, & ad agendum redditur facilius, e.g. Grammatica. Athletica.

Quenam pertinent ad Habitus?

Ad Habitus pertinent omnes Scientiæ, Artes, Virtutes, Vitia. Item Agilitas Corporis, qualis est in saltatoribus. Item omnes affectiones quæ in homine cernuntur.

Dixisti supra, Genus Logicæ esse Habitus Instrumentalem, scire ergo volo, quotuplex sit Habitus?

Duplex: Vel Animi, qui se exerit per Animum: Vel Corporis, qui se exerit per membra Corporis.

Habitus Corporis quotuplex est?

Duplex: Vel acquisitus, qui propria acquiritur cura. e.g. Habitus saltandi, habitus digla-

digladiandi. *Vel* infusus, qui absque cura nostra nobis infunditur. e. g. Habitus sculpendi pingendique in Bezeleel. *Exod.* 31. v. 2. *seqq.* in Ahaliab. *Exod.* 31. v. 6. Adde *Exod.* 28. v. 3. & *cap.* 35. v. 30. *seqq.* & *cap.* 36. v. 1.

Habitus Animi quotuplex?

Duplex: *Vel* acquisitus, qui propria acquiritur cura. *Vel* infusus, qui per alienam acquiritur operationem. e. g. Cum Apostoli die primo pentecostali variis linguis locuti sunt, erat is habitus animi infusus. *Sie waren zu vor in keine Schul gegangen/ in welchen sie die Sprachen haben müssen erlernen.*

Habitus Animi acquisitus quotuplex est?

Habitus Animi acquisitus est duplex: *Vel* *Intellectualis*, qui se exferit per Intellectum: *Vel* *Voluntarius*, qui se exferit per Voluntatem.

Habitus Intellectualis quomodo dividitur?

In *Principalem*, qui propter se ipsum expetit: & *Instrumentalem*, qui fini principalium habituum inservit.

Quot sunt habitus Instrumentales?

Tres: Grammatica. Logica. Rhetorica.

Habitus Principalis quotuplex est?

Duplex: *Vel* *Theoreticus* seu *Contemplativus*, qui pro objecto habet res necessarias, & pro fine nudam contemplationem: *Vel* *Practicus* seu *Activus*, qui pro objecto habet re-


PRIMA MENTIS
contingentes, & pro fine, vel *μετὰ τὴν* seu actio-
nem, vel *πρὸς τὴν* seu effectiorem.

Quot sunt Habitus Theoretici?

Tres: *Intelligentia*, quæ est habitus principio-
rum: *Scientia*, quæ est habitus conclusionum: *Sa-
pientia*, quæ est habitus principiorum & conclu-
sionum.

Quot sunt habitus Practici?

Duo: *Prudentia*, quæ est habitus animi cum re-
cta ratione activus: *Ars*, quæ est habitus cum re-
cta ratione effectivus.



Quid est Dispositio ?

Dispositio est qualitas inchoata vel in animo, vel in corpore. Talis est prima cujusq; artis acceptio ac præparatio in tyrone.

Quid est qualitas afficiens ?

Qualitas afficiens est, quæ movet *Vel* Sensus externos. *e.g.* Color visum: Sonus auditum: Odor odoratum: Sapor gustum: *Trætabilis qualitas* Tactum. *Vel* Animum, quod pertinent omnes affectus. *e.g.* Amor, Odium: Desiderium, Fuga: Gaudium Tristitia: Spes, Desperatio: Audacia, Timor: Ira.

Quid est Passio ?

Passio est qualitas subita & brevis, vel in animo, vel in corpore. *e.g.* Rubor ex pudore: Dolor ex ictu.

Quid est Figura ?

Figura est qualitas, orta ex quantitate, sine mentione materiæ. *e.g.* Idea ædificii.

Quid est Forma ?

Forma est qualitas, orta ex quantitate, cum mentione materiæ. *e.g.* Forma ædificii ex sua materia extructi.

Quid sunt Relata ?

Relata sunt talia entia, quorum unum refertur ad alterum.

Relatio est mutua alterius ad alterum relata.

actio-

cipio-

n: Sa-

nclq-

im re-

im re-

Tidvetiua
Intelligentia
Scientia
Sapientia

Quotuplicia sunt Relata ?

Relata sunt duplicia : *Alia* dicuntur Prædicamentalia, seu secundum esse, quæ necessario requirunt coexistentiam. *e. g.* Præceptor & Discipulus. *Alia* vocantur Transcendentalia seu secundum dici, quæ non necessario requirunt coexistentiam. *e. g.* Anima in cœlo refertur ad corpus quod est in terra.

Quid est Actio ?

Actio est omnis actus secundus (*h. e. ipsa operatio*) potentiæ activæ. (*h. e. cujus actus est agere.*) *e. g.* Legere. Scribere. Discere.

Quid Passio ?

Passio est omnis actus secundus potentiæ passivæ. *e. g.* Vapulare. Amari. Legi.

Quid est Vbi ?

Vbi est præsentia rei in loco. *e. g.* Johannes est in Schola, in Templo.

Quid est Quando ?

Quando est existentia rei in tempore. *e. g.* heri. hodie. cras.

Quid est Situs ?

Situs est dispositio corporis ad locum. *e. g.* esse primum, obliquum, transversum.

Quid est Habitus ?

Habitus est applicatio indumenti vel ornamenti ad corpus, *e. g.* esse torquatum, armatum.

MEM.

MEMBRUM QUINTUM.

DE

POSTPRÆDICAMENTIS.

Quodnam est quintum Membrum in prima mentis
operatione ?

Postprædicamenta.

Quot sunt Postprædicamenta ?

Quinque : 1. Repugnancia. 2. Prius & Po-
sterius. 3. Simul. 4. Motus. 5. Habere.

Quid sunt Repugnancia ?

Repugnancia sunt tales termini, qui inter
se pugnant.

Quotuplicia sunt Repugnancia ?

Duplicia; vel Disparata, vel Opposita.

Quid sunt Disparata ?

Disparata sunt quorum unum opponitur
multis. e. g. Mensa opponitur libro, attra-
mentario, cultro, circulo. &c.

Quid sunt Opposita ?

Opposita sunt quorum unum opponitur
uni. e. g. Felix, infelix : Calor, frigus.

Opposita quotuplicia sunt ?

Quadruplicia: 1. Contraria. 2. Relativa.
3. Privativa. 4. Contradictoria.

Quid sunt Contraria ?

Contraria sunt opposita, quæ sub eodem
genere inter se per essentiam distant, & ab eo-
dem

dem subjecto, nisi alterum insit à naturâ, se mutuo profligant.

Quotuplicia sunt Contraria?

Duplicia : *vel* immediata, ubi non datur tertium. *e. g.* Par & Impar. *vel* mediata, ubi datur tertium. *e. g.* Albedo & Nigredo.

Quid sunt relatè opposita?

Relatè opposita, sunt duo relata, quorum unum per naturam petit alterius coexistentiam. *v. g.* Pater & Filius.

Quid sunt privative opposita?

Privative opposita sunt habitus & privatio, circa idem numero subjectum capax, in certâ ejus parte, juxta determinatum à natura tempus. *e. g.* Visus & Cœcitas.

Quid est h. l. Habitus?

Habitus h. l. est præsentia formæ, quæ adesse debet. *e. g.* Visus.

Quid est Privatio?

Privatio est absentia formæ, quæ adesse debet. *e. g.* Cœcitas.

Quid sunt Contradictoria?

Contradictoria sunt unius ejusdemque simplex affirmatio & negatio. *v. g.* est lapis, non est lapis.

Quos

Quot Modis dicitur Prius & Posterius?

Quinque modis, qui sequenti disticho continentur:

Tempore: natura: prius ordine: dic & honore:
Causam causato dicimus esse prius.

Quot modis dicitur simul?

Tribus modis. 1. Tempore, quæ simul fiunt. 2. Relatione, si unum refertur ad alteram. 3. Divisione.

Quid est Motus?

Motus est passio, qua aliquid ex contrario in contrarium mutatur. *Diogen. discipulo dicit*

Quot sunt species Motus? *mortem in publicum*

Sex: *Generatio*, per quam substantia generatur. 2. *Corruptio*, per quam substantia corrumpitur. 3. *Augmentatio*, per quam res augetur in quantitate. 4. *Diminutio*, per quam res diminuitur in quantitate. 5. *Alteratio*, per quam res alteratur sive mutatur in qualitate. 6. *Motus Localis*, per quem res de loco in locum movetur.

Modos Habendi & Inessendi
 petas ex Logica tua p. 41.

*Si muscarium in thaurum darent,
 si a muscis vexaretur, et eas hoc
 deperit. Diogeni responderunt,
 num mortuus aliquid post mor-
 tem aliquid perferret, illis re-
 spondit, carnem a morte abhorre-
 atis.*

SECUNDA MENTIS
DE
SECUNDA MENTIS OPERA-
TIONE.

Quid docet Secunda Mentis operatio?

SECUNDA mentis Operatio docet composi-
tionem & divisionem terminorum sim-
plicium.

Quot membra hic sunt notanda?

QUATUOR: 1. PRINCIPIA. 2. ACCEPTIO.
3. DIVISIO. 4. DISCRETIO VERI A FALSO.

MEMBRUM PRIMUM.

DE
PROPOSITIONUM PRINCIPIIS.

Principia Propositionum quotuplicia sunt?

Duplicia: *vel proxima*, ut Subiectum &
Prædicatum & Copula. *vel remota*, ut no-
men Logicum & verbum Logicum.

Quid est Subiectum?

Subiectum est, quod subicitur, & de quo
aliquid prædicatur; seu quod habet rationem
materiæ; & in scala prædicamentali est ter-
minus inferior.

Quid est Prædicatum?

Prædicatum est, quod prædicatur de alio;
seu quod habet rationem formæ; & in scala
prædicamentali est terminus superior

Quid

Quid est Nomen Logicum?

Nomen Logicum est vox significans ex instituto, finita, ac sine tempore, cujus nulla pars (materialis) significat separatim id, quod tota vox significat, quæque adjuncto EST aut NON EST efficit orationem, quæ verum vel falsum significat. ut Animal.

Quid est Verbum Logicum?

Verbum Logicum est vox significans ex instituto, finita, cum tempore præsentis, & modo indicativo, cujus nulla pars (materialis) significat separatim id, quod tota vox significat, & semper eorum, quæ de aliquo dicuntur, est nota. ut Movetur.

Quid fit ex conjunctione nominis Logici & verbi Logici?

Ex conjunctione nominis Logici, & verbi Logici, fit oratio Logica.

Quid est oratio Logica?

Oratio Logica est composita ex nomine & verbo logico utroque, significans verum vel falsum determinate. e.g. Pietas est utilis: Petrus est Apostolus.

Per quid componitur Oratio Logica?

Per copulam, quæ est *VEL Verbalis*, *VEL Conjunctionalis*.

Quid

Copula

SECUNDA MENTIS

Copula Verbalis quotuplex est?

Duplex: PRIMO, *vel est explicita*, quando
 Est *expresse* ponitur. e.g. Homo est loquens;
vel implicita, quando *Est non expresse po-*
nitur. e.g. homo loquitur. DEINDE, *vel est*
secundi adjecti, quando potest explicari per
 EXISTIT. e.g. homo est. h.e. homo existit. *vel*
tertij adjecti, si prædicatum nude cum subje-
 cto copulatur. e.g. Aristoteles est Homo.

Copula Coniunctionalis quotuplex est.

Copula Coniunctionalis est Triplex: *Vel*
Hypothetica seu conditionalis, *ut* SI, NISI.
Vel Disiunctiva, *ut* AUT, VEL, SIVE, SEU. *Vel*
Copulativa, *ut* ET, ATQUE.

MEMBRUM SECUNDUM.

DE

SUPPOSITIONE: STATU: AM-
PLIATIONE.

Quid est Suppositio?

Suppositio est substitutio vocis pro suo si-
 gnificato. Wann man an statt der Sach-
 selbstsen/die man nicht allzeit kan an der hand
 haben/sich des Worts allein gebraucht.

Quotuplex est Suppositio?

Id sequenti continetur Tabella:

Suppo.

Materialis (σημασιω) cum nomen *Iesus*, ap. capit. aperientium, in nominatione illius. *Arbor*.

vox sumitur pro sua
MATERIA: h. e. pro li-
teris & syllabis. e. g. *Ar-*
bor est tertia declina-
tionis: h. e. hæc vox *Ar-*
bor, non vero illa *Ar-*
bor, quæ in horto plan-
tatur, est tertia decli-
nationis.

Formalis (σημασιω) cū
vox sumitur pro sua
FORMA: h. e. pro ipsa
significatione. e. g. *Ar-*
bor est viridis: h. e. illa
ipsa res, quæ Arbor vo-
catur, & in horto plan-
tatur; est viridis: Estque

VEL

Simplex, quando vox ex-
plicatur copulative.
ex. gr. Elementa sunt
quatuor. h. e. Et ignis,
& aer, & aqua, & terra,
sunt quatuor. Sic:
Homo est Species. h. e.
Et hic, & iste, & ille
homo, & omnes ho-
mines simul sumpti,
sunt species. *Germanicè*
explicatur: *Alle*
miteinander.

Personalis, cum descen-
do vel ad personas
proprie sic dictas; vel
ad supposita: Estque
VEL

Distributiva,
cum prædi-
catū distri-
buitur: id
quod fit VEL

Completo, cum descendo
ad singula (individua)
generum: h. e. cum præ-
dicatum competit om-
nibus subjecti indi-
viduis singulatim &
seorsim. e. g. Homo est
animal, h. e. & hic, &
iste, & ille homo; in
individuo sumptus, est
animal. *Germanicè*
explicatur: *Ein jeder*
insonderheit.

Incompleto, cum descen-
do ad genera singulo-
rum: h. e. cum prædi-
catum competit tan-
tum certis generibus
vel speciebus. e. g. Om-
ne animal fuit in
arca Noë. Omnis na-
tio fuit Hierosoly-
mis, tempore effusio-
nis visibilis Spiritus
Sancti. *Germanicè* ex-
plicatur: *Alleley*.

Confusa, cum Subjectum explicatur cō-
fuso, seu indeterminate; seu vage, seu
disiunctive. e. g. Aliqua auris requiritur
ad audiendum: *scil.* vel dextra, vel sini-
stra. Opus est mihi pileo: *sc.* hoc vel isto.

Determinata, cum prædicatum compe-
tit uni rei in individuo. e. g. Hic homo
est doctus. Filius Mariæ est Christus. Pe-
trus est Apostolus.

Suppositio

Propria, est acceptio
vocis in sua propria
significatione. e. g.
Homo est risibilis.
Estque VEL

Impropria seu Tropica
est acceptio vocis in
impropria seu tropica
significatione.
e. g. Prata rident. He-
rodes est vulpes.

andō
uens;
c po-
vel est
ri per
it. vel
subje-
o.

ex: Vel
NISL
EU. Vel

M.

A M-

o suo si-
r Sach
er hand
cht.

Suppo-

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

I. Si
In
II. S
Fo
III. S
Pe
IV. S
cu
qu
V. A

*Recita Canones quosdam ad utilissimam hanc
Doctrinam de Suppositione pertinentes?*

- I. Si Suppositio Propria confunditur cum Improperia, oriuntur quatuor Termini. *e.g.*
Vulpes (proprie) est quadrupes.
 Herodes est *Vulpes (Improperie)* E.
 Herodes est quadrupes.
- II. Si Suppositio Materialis confunditur cum Formali, oriuntur quatuor Termini. *e.g.*
Homo (materialiter) est tertiæ declinationis.
 Susanna est *Homo (formaliter)* E.
 Susanna est tertiæ declinationis.
- III. Si Suppositio Simplex confunditur cum Personali, oriuntur quatuor Termini. *e.g.*
Planeta (simpliciter) sunt septem.
 Sol est *Planeta (personaliter)* E.
 Sol est septem.
- IV. Si distributio Incompleta confunditur cum Completa aut Determinata, oriuntur quatuor Termini. *e.g.*
 Omne *Animal (incomplete)* fuit in arca Noæ.
 Hic tuus Canis est *animal (determinate.)* E.
 Hic tuus Canis fuit in Arca Noæ.
- V. A Suppositione Confusa ad Determinatam

tam N.V.C. e.g. Opus est mihi libro. Ergo
So muß es eben ein neu Buch seyn?

VI. In Distributiva negativa, Subjectum & Prædicatum distributive accipiuntur. e.g. Nullus equus est homo. *h.e.* neque hic equus est hic homo; neque iste equus est iste homo; neque ille equus est ille homo.

VII. In Distributiva affirmativa, Subjectum distributive, Prædicatum vero confuse ponitur. e.g. Omnis homo est animal. *h.e.* & hic, & iste, & ille homo, est vel hoc, vel istud, vel illud animal: Non vero & hoc, & istud, & illud animal.

VIII. In Indefinita, quæ est in materia necessaria, si est affirmativa, Subjectum distributive, Prædicatum confuse sumitur. e.g. Homo est animal. *h.e.* Et hic, & iste, & ille Homo, est vel hoc, vel istud, vel illud animal: Si est negativa, Subjectum & Prædicatum distributive accipitur. In materia autem contingenti, Subjectum & Prædicatum confuse explicatur. e.g. Homo est præditus divitiis. *h.e.* vel hic, vel iste, vel ille homo, est præditus vel his, vel istis, vel illis divitiis.

IX. In Determinata, Subjectum semper ponitur determinate; Prædicatum vero accipitur

pr
lu
iste
e.g.
(L
X. T
à p
pra
cta

Sta
eo ter
quitur

Am
plicatu
ta Amp
Subjcc
coeci,
debunt
di, jam
dient.

DIVI

pitur *vel* confuse: *e.g.* Petrus est Aposto-
lus. *h.e.* Hic homo (*Petrus*) est *vel* hic, *vel*
iste, *vel* ille Apostolus: *vel* determinate:
e.g. Leopoldus est Imperator. *h.e.* Hic homo
(*Leopoldus*) est hic Imperator.

- X. Talia sunt subjecta, qualia permittuntur
à prædicatis: *h.e.* In quo sensu accipiuntur
prædicata, in eo etiam accipiuntur subje-
cta.

Quid est Status vocis?

Status vocis est, quando vox explicatur in
eo tempore, in quo ponitur. *e.g.* Homo lo-
quitur. *h.e.* Homo jam existens loquitur. *Vice Versa*

Quid est Ampliatio vocis?

Ampliatio vocis est, quando vox non ex-
plicatur in eo tempore, in quo ponitur. No-
ta Ampliationis est, si Prædicatum contradicit
Subjecto. *e.g.* cœci vident. *h.e.* qui fuerunt
cœci, jam vident; *vel* qui jam sunt cœci, vi-
debunt. Surdi audiunt. *h.e.* qui fuerunt sur-
di, jam audiunt; *vel* qui jam sunt surdi, au-
dient.

MEMBRUM TERTIUM.

DE

DIVISIONE PROPOSITIONUM

C 3

Quod.

Modalis secundaria quotuplex?

Quadruplex: Exclusiva, Exceptiva, Limitativa, Comparativa.

Quid est Propositio Exclusiva?

Quæ habet Signum exclusivum *Solus, Tantum, Unicus*. Estque *vel* exclusiva subjecti, quando omnia alia subjecta excluduntur à communicatione prædicati. *e.g.* Solus DEUS est adorandus. *h.e.* DEUS est adorandus; aliud autem ens, præter DEUM, non est adorandum: *vel* exclusiva prædicati, quando omnia alia prædicata in hoc genere excluduntur à communicatione subjecti. *e.g.* Sacramenta Novi Testamenti sunt tantum duo. *h.e.* nullus est alius numerus, qui Sacramentis N. T. competat, quam binarius.

Quid est Propositio Exceptiva?

Præpositio Exceptiva est, quæ habet signum exceptivum *Excipe, Extra, Nisi*. *e.g.* Omne animal, excepto homine, est irrationale: *h.e.* Omne animal, quod non est homo, est irrationale.

Quid est Propositio Limitativa?

Quæ habet signum Limitativum *Quate-^{ap. 2 flor.} nus, Qua, in Quantum*. Estque Limitatio ^{libri cap. viii.} *vel* Reduplicativa, quæ notat causam rei ^{ab initio} & explicatur per ^{non. uel} *QUIA*, *e.g.* Ignis urit quatenus ^{u. s. s. s.} *blinens* ^{et in hoc} *sententi* ^{ur}

tenus est calidus. *h. e.* ignis urit idè quia est calidus: *vel* Specificativa, quæ notat certam speciem aut partem, & explicatur per pronomen QUI, QUÆ, QUOD. *e. g.* Homo, quatenus capillos habet, est crispus. *h. e.* Homo, qui capillos habet, est crispus.

Quid est propositio Comparativa?

Quæ habet Signum Comparativum *Magis, Minus.* Quo etiam pertinent omnes Comparativi.

Comparatio Logica quotuplex?

Duplex: *Vel* propria, quando tertium comparisonis utriusque competit. *e. g.* Sol est major terra. *h. e.* Magnitudo competit & Soli, & Terræ, licet inæqualiter. *Vel* impropria, quando tertium Comparisonis vel neutri competit. *e. g.* Ebrietas est melior scortatione. *h. e.* Ebrietas est minus mala quam scortatio: vel tantum alterutri. *e. g.* Melius est nubere quam uri. *h. e.* Nubere bonum est; sed uri malum est.

Quid est propositio Composita?

» Propositio Composita est, cujus copula est conjunctio.

Quot partes habet propositio Composita?

Duas: Una vocatur Antecedens seu Prius; Altera Consequens seu Posterius. *e. g.* Si homo est animal, est Sensitivus. Antecedens est, Homo

Homo
Sensitivus

Tri
Disjunctiva

Comparativa
Magis
Minus
dit de
non e

Comparatio
Aut
lis est,

Comparatio
Et A

Quod

Duplex
tatis,
Ra

Duplex

Pro
quant

Homo est animal : Consequens est , Homo est
Sensitivus.

Quotuplex est Propositio Composita?

Triplex : Hypothetica seu Conditionalis
Disiunctiva : Copulativa.

Quid est Propositio Conditionalis?

Cuius copula est conjunctio Conditionalis
SI. NISI. e.g. Si discipulus est diligens, evadit doctus. Nisi discipulus fuerit diligens, non evadet doctus.

Quid est Propositio Disiunctiva?

Cuius copula est conjunctio Disiunctiva
AUT. VEL. SIVE. SEU. e.g. Homo aut rationalis est, aut irrationalis.

Quid est Propositio Copulativa?

Cuius copula est Conjunctio Copulativa
ET. ATQUE. Christus & DEUS est, & Homo.

QUANTA?

Quotupliciter consideratur propositio ratione

Quantitatis?

Dupliciter : vel ratione Signorum Quantitatis, vel ratione Terminorum.

Ratione Signorum Quantitatis quotuplex est
Propositio?

Duplex : vel Definita, vel Indefinita.

Quid est Propositio Definita?

Propositio Definita est, quae habet signum
quantitatis.

C S

Quo-

Quotuplex est Propositio Definita?

Duplex: *vel* Universalis, quæ habet Signum universale OMNIS, NULLUS: *vel* Particularis, quæ habet Signum particulare QUIDAM, QUIDAM NON.

Quid est Propositio Indefinita?

Propositio Indefinita est, quæ caret signo quantitatis.

Propositio Indefinita quotuplex?

Duplex: *vel* distributiva, quando prædicatum omni individuo subjecti potest attribui. *e.g.* Homo est rationalis. *h.e.* & hic, & iste, & ille homo est rationalis: *vel* Indistributiva.

Propositio Indistributiva quotuplex?

Triplex: *Primo* Singularis, quando subjectum est Terminus singularis. *e.g.* Petrus est Apostolus. *Deinde* Particularis, quando subjectum supponitur confuse. *ex. gr.* Homo currit. *h.e.* vel hic, vel iste, vel ille homo currit. *Tertio* Neutra, quando subjectum supponitur simpliciter seu copulate. *e.g.* Homo est Species: Elementa sunt quatuor. Et hæc in Argumentatione nullum habet usum.

Ratione Terminorum quotuplex est Propositio?

Duplex: *vel* finita, quæ habet terminos finitos. *e.g.* Homo est animal: *vel* infinita, quæ habet terminos infinitos. Infi-

Infinita quotuplex?

Triplex: est enim *vel* infinita ratione sub-
jecti, ut Non-Equus est Homo: *vel* ratione
prædicati, ut Equus est Non-Homo: *vel* ra-
tione utriusque, ut Non-Equus est non-Ho-
mo.

QUALIS?

Ratione Qualitatis quotuplex est Pro-
positio?

Duplex: *vel* affirmans, *vel* negans,

Quid est Propositio Affirmativa?

Propositio Affirmativa est, quæ componit
Prædicatum cum Subjecto. e.g. Homo est ani-
mal.

Quid est Propositio Negans?

Propositio Negativa est, quæ dividit Præ-
dicatum à Subjecto.

Quotuplex est Propositio Negans?

Duplex: *vel* actualis, quando negatio ex-
presse ponitur. e.g. Nullus Homo est irratio-
nalis. Arbor non est Homo: *vel* virtualis,
quando negatio in verbo latet. e.g. *Impossibi-*
le est hominem esse lapidem. *Solus DEUS*
est adorandus.

Quid judicandum de istis propositionibus, quæ Negatio-
nem NON additam habent signo Vniversali
affirmanti?

Si nexus prædicati cum subjecto negatur
(h.e.

(*h.e.* si prædicatum nulli individuo subjecti competit) tales propositiones sunt universales negantes. *e.g.* NON OMNIS homo est bestia. *h.e.* NULLUS homo est bestia: NON TOTA America fuit olim nota. *h.e.* NULLA America fuit olim nota. NON OMNIS caro justificatur ex lege. *h.e.* NULLA caro justificatur ex lege. Si verò tantum universalitas Subjecti negatur, tales propositiones fiunt biparticulares. *h.e.* debent explicari per duas propositiones particulares. *e.g.* NON OMNIS homo est dives. *h.e.* quidam homo est dives, quidam homo non est dives. NON TOTUS orbis paruit Alexandro. *h.e.* quædam pars orbis paruit Alexandro, quædam pars verò non paruit.

MEMBRUM QUARTUM.

DE

DISCRETIONE VERI à FALSO.

Quodnam est Quartum Membrum in secunda Mentis operatione considerandum?

Est Discretio veri à falso: quo pertinent duo: I. Oppositio propositionum. II. Consequentia.

DE OPPOSITIONE.

Quid est Oppositio propositionum?


Oppositio propositionum est Affirmatio & Negatio, secundum idem, ad idem, eodem respectu, eodem tempore & loco.

De veritate & falsitate, cont. d. sic fut. & c. *Quatuor*

Omnes sunt vocati.
Multi sunt vocati.

Quotuplex est Oppositio Propositionum?

Oppositio Propositionum est quadruplex:
 Contradictoria : Contraria : Subcontraria :
 Subalterna : quarum definitiones sequens fi-
 gura exhibet:



Quid est Oppositio Contradictoria?

Oppositio Contradictoria est, in qua *VEL*
 $\tau^o A.$ opponitur $\tau^o O.$ id est: Universalis affir-
 mans particulari neganti. e.g.

Omnis homo est rationalis :

Quidam homo non est rationalis : &
 contra.

VEL in qua $\tau^o E.$ opponitur $\tau^o I.$ id est: Uni-
 versalis negans particulari affirmanti. e.g.

Nullus homo est rationalis :

Quidam homo est rationalis : & contra.

Quid est Oppositio Contraria?

Oppositio Contraria est, in qua $\tau^o A.$ oppo-
 nitur $\tau^o E.$ id est: Universalis affirmans uni-
 versali neganti. e.g.

Omnis homo est rationalis:

Nullus homo est rationalis: & contra.

Quid est Oppositio Subcontraria?

Oppositio Subcontraria est, in qua \bar{I} :
opponitur \bar{O} . *id est*: Particularis affirmans
particulari neganti. e.g.

Quidam homo est rationalis:

Quidam homo non est rationalis.

Quid est Oppositio Subalterna?

Oppositio Subalterna est, in qua VEL \bar{A} :
opponitur \bar{I} . *id est*: Universalis affirmans
particulari affirmanti. e.g.

Omnis homo est rationalis:

Quidam homo est rationalis: & contra.

VEL in qua \bar{E} . opponitur \bar{O} . *id est*: Uni-
versalis negans particulari neganti. e.g.

Nullus homo est rationalis:

Quidam homo non est rationalis. &
contra.

Quomodo Contradicendum est in propositione

Modali & Composita?

VEL Modus negandus est. e.g.

Necesse est hominem esse rationalem:

Non necesse est hominem esse rationa-
lem. Sic

Solus DEUS est adorandus:

Non solus DEUS est adorandus.

VEL

VEL
e.g.

In ex
ctio,

C
ex ali
gitur
D
conf
dent

fitiv
Vel
quer

VEL Signum Coniunctionale negandum est.

e.g. *Si* homo est animal, est sensitivus:

Non si homo est animal, est sensitivus.

Christus & DEUS est, & Homo:

Christus *non* & DEUS est, & Homo.

In exceptiva propositione habet se contradictio, ut in simplici. e.g.

Nulla virgo, præter Mariam, est mater:

Quedam virgo, præter Mariam, est mater.

Omne animal, præter hominem, est irrationale:

Quoddam animal, præter hominem, non est irrationale.

DE CONSEQUENTIA.

Quid est Consequentia?

Consequentia est Oratio, in qua aliquid ex aliquo, per notam illativam ERGO colligitur.

Quotuplex est Consequentia?

Duplex: *Vel Bona*, in qua contradictorium consequentis non potest stare cum antecedente. e.g.

Homo est Animal. E.

Homo est sensitivus: Nam non esse sensitivum, & tamen esse animal, repugnat.

Vel Vitiosa, in qua contradictorium consequentis potest stare cum antecedente. e.g.

Hic Homo est pulcher. E.

D

Hic

VEL

Hic Homo est Adulter : Nam potest
quis esse non adulter , & tamen esse pulcher .

*Habesne aliam Consequentiae Divi-
sionem?*

Habeo. Nam Consequentia *alià est Forma-
lis*, quando Syllogismus in forma bonus est,
& dicitur habere necessitatem Consequen-
tia. e.g.

Omnis Asinus volat

Omnis Arbor est Asinus E.

Omnis Arbor volat.

Alia vero Materialis, cum Syllogismus in
materia verus est, & dicitur habere necessita-
tem Consequentis. e.g.

Ananias mentitus est DEO

Ananias mentitus est SPIRITUI S. E.

SPIRITUS S. est DEUS.

Da tertiam Consequentiae Divisionem?

Tertio: Consequentia *Vel est Argumenta-
tiva*, in qua plures sunt termini quam duo.
e.g. Syllogismus. Enthymema. Inductio. Ex-
emplum. *Vel non-Argumentativa*, in qua duo
tantum sunt termini.

*Quot sunt Species Consequentiae non-Argumen-
tative?*

Quinque: 1. *Æquipollentia*. 2. *Consecu-
tio inter propositiones finitas & infinitas*. 3.
Consequentia conversionis terminorum. 4.

Con-

Consequentia ab EST tertii adjecti, ad EST secundi adjecti. 5. Consequentia à conjunctis ad divisa.

Quid est Equipollentia?

Equipollentia (formalis) est duarum enuntiationum oppositarum ad eundem sensum revocatio, per negationem NON, comprehenditurque isto versiculo:

PRAE contradic: *POST* contra: *PRAE-POSQVE* subalter:

Declara id Exemplis?

I. In Oppositione contradictoria adverbium negandi NON debet *PRAE* poni signo quantitatis. e.g.

OMNIS homo est rationalis. E.

NON QUIDAM homo *NON* est rationalis. & *contra.*

ET

QUIDAM homo *NON* est rationalis. E.

NON OMNIS homo est rationalis. &

contra SIC

NULLUS homo est rationalis. E.

NON QUIDAM homo est rationalis. &

contra: ET

QUIDAM homo est rationalis. E.

NONNULLUS homo est rationalis. &

contra.

II. In Oppositione contraria adverbium negandi NON debet *POST* poni signo quantitatis. e.g. D 2 *OMNIS*

a potest
alcher.

Forma-
nus est,
sequen-

issimus in
ecessita-

S. E.

umenta-
am duo.
ctio. Ex-
qua duo

amen-

Consecu-
nitas. 3.
rum. 4.
Con-

SECUNDA MENTIS

OMNIS homo est rationalis. E.

NULLUS NON homo est rationalis. &
contra. SIC

NULLUS homo est rationalis. E.

OMNIS NON homo est rationalis. &
contra.

III. In Oppositione subalterna adverbium negandi NON debet & PRÆponi & POSTponi signo quantitatis. e.g.

OMNIS homo est rationalis. E.

NON QUIDAM NON homo est rationalis. ET

QUIDAM homo est rationalis. E.

NON OMNIS NON homo est rationalis. & contra.

SIC

NULLUS homo est rationalis. E.

NON QUIDAM NON homo NON est rationalis. & contra.

ET

QUIDAM homo NON est rationalis. E.

NON NULLUS NON homo est rationalis. & contra.

Hinc versus.

Non omnis, quidam non : Omnis non, quasi nullus :

Non nullus, quidam : Sed nullus non, valet Non

Non aliquis, nullus: non quidam non, *valet*
omnis:

Non alter, neuter: Neuter non, *praestat* uterq;

*Quinam Canones de consecutione inter propositiones
finitas & infinitas sunt notandi?*

Tres: *Primus*: A propositione affirmante
infinita de praedicatione V. C. ad negantem fini-
tam. e. g. Homo est non doctus. E. Homo non
est doctus: *Et contra*, A propositione negante
finita V. C. ad affirmantem infinitam de praed-
icatione. e. g. Homo non est doctus. E. Homo est
non doctus.

Secundus: A propositione affirmante fini-
ta V. C. ad negantem infinitam de praedicatione.
e. g. Homo est doctus. E. Homo non est non
doctus: *Et contra*, A propositione negante in-
finita de praedicatione V. C. ad affirmantem fini-
tam. e. g. Homo non est non doctus. E. Homo
est doctus.

Tertius: A propositione privativa V. C. ad
infinitam de praedicatione. e. g. Hic homo est coe-
cus. E. hic homo est non videns: *Sed non con-*
tra: Hic lapis est non videns. E. hic lapis est
coecus.

*Quid est consequentia Conversionis
Terminorum?*

Consequentia Conversionis Terminorum

D 3

est

est mutatio Subjecti in locum Prædicati: & contra. Estque triplex. 1. Simplex. 2. per Accidens, 3. per Contra-seu Transpositionem: & continetur hoc versu:

¹ EccE tibi *simp*: | ² ArmigErOs *acc*: | ³ ArmA bOnO *contr*.

Ubi notandum, quod in conversione per Transpositionem ex terminis finitis faciendi sunt termini infiniti.

Exempla pete è Logica tua p.107. & 108.

*Quando valet Consequentia ab EST tertii adjecti,
ad EST secundi adjecti?*

Quando τὸ EST ponitur *κατακλινω̄ς*, & idem significat quod EXISTIT. e.g. Discipulus est discens. E. Discipulus est, h.e. Existit: Quod si verò τὸ EST ponitur *αυτοϋασινω̄ς*, h.e. Si τὸ EST nude Prædicatum copulat cum Subjecto, tunc N.V.C. e.g. Aristoteles est homo. *Non sequitur*: Ergo Aristoteles est sive existit.

*Da Exemplum Consequentie à conjunctis ad divisa
& contra?*

Augustinus est homo doctus. E. Augustinus est homo & doctus. *Et contra*: Augustinus est homo & doctus. E. Augustinus est homo doctus.

TER

TERTIA MENTIS OPERATIO.

*Quid docet Tertia Mentis Operatio?***T**ertia mentis Operatio docet Syllogismum.*Quid est Syllogismus?*

Syllogismus est Oratio, in qua positis quibusdam aliud quid à positis ex necessitate inferitur, eò quod hæc sunt.

In Syllogismo quot sunt notanda?

DUO: I. PRINCIPIA. 2. DIVISIO.

MEMBRUM PRIMUM.

DE SYLLOGISMI PRINCIPIIS.

Principia Syllogismi quot sunt?

Quatuor: I. MATERIALIA. 2. FORMALIA. 3. CANONICA. 4. PERFICIENTIA.

*Principia Materialia quotuplicia?*Duplicia: *vel* proxima, ut tres propositiones: *vel* remota, ut tres termini.*Termini quomodo vocantur?*Unus dicitur *major*, qui in Conclusionem est prædicatum: Alter dicitur *Minor*, qui in Conclusionem est subjectum: Tertius dicitur *Medius*, qui Conclusionem non ingreditur.

TERTIA MENTIS

Propositiones quomodo vocantur?

Una dicitur Major, in qua est terminus major: Altera dicitur Minor, in qua est terminus minor: Tertia dicitur Conclusio, quæ ex duabus præmissis inferitur.

Principia Syllogismi Formalia quotuplicia sunt?

Duplicia: *vel* proxima, ut Modus: *vel* remota, ut Figura.

Quid est Modus?

Modus est dispositio trium Propositionum, secundum quantitatem & qualitatem.

Quotuplex est Modus?

Duplex: *vel* directus, quando in conclusione majus extremum prædicatur de minori extremo. e.g.

BAR Animal est mixtum

BA Homo est animal E.

rA Homo est mixtus.

Vel indirectus, quando in conclusione minus extremum prædicatur de majori extremo. e.g.

BA Animal est mixtum

rA Homo est animal

II Pt. Mixtum est homo.

universales, Recita Modos primæ Figure?

BARBARA. CEIARENT. ^{PRIMA} DAREII. FEHOQ

Secundæ Figure?

CESARE, CAMESTRES, FESTINO. BAROC

Op. secundæ.

Tertia

i. particulariter affirmans.

Tertia q[ue]randa[rum] Sona[n]t Tertia Figura? q[ue]runt
adit DARAPtI. FELAPtOn. DISAMIS. DAISI.

BOCARD. FERISON.

Quid est Figura?

Figura est dispositio Medii cum Extremis.

Quot modis disponitur terminus medius
 cum extremis?

Tribus potissimum modis: Primo: ut medius in majori sit subjectum, in minori prædicatum; & oritur inde figura prima: e.g.

A. Animal est sensitivum.

A. Homo est animal.

A. Homo est sensitivus.

Secundo: ut medius in utraque præmissa occupet locum prædicati; & oritur inde figura secunda: e.g.

A. Animal est sensitivum.

E. Arbor est sensitiva. E.

E. Arbor est animal.

Tertio: ut medius in utraque præmissa sit subjectum; & oritur inde figura tertia: e.g.

A. Rationale est animal.

A. Rationale vivit.

I. Vivens est animal.

Quotuplicia sunt Principia Syllogismi
 Canonica?

Duplicia: vel primaria, ut dictum de omni & nullo; vel secundaria, ut canones tam generales, quam speciales. D 5 Quid

Quid est dictum de omni?

Dictum de omni est, quando quod affirmatur de omni, affirmatur etiam de cunctis, quæ sub isto omni continentur: estque in Syllogismis affirmativis.

Quid est dictum de nullo?

Dictum de nullo est, quando quod removetur ab omni, removetur etiam à cunctis, quæ sub isto omni continentur: estque in Syllogismis negativis.

*Recita Canones Generales de Syllogismo
Formali?*

PRIMUS CANON.

OMNIS SYLLOGISMUS DEBET TANTUM TRES HABERE TERMINOS. Ponuntur autem in Syllogismo plures termini quam tres, *Primo* quoad voces & quoad significationem simul, e.g.

Omnis *Princeps* (4) habet jus gladii:
Petrus est Apostolus (3) E.
Petrus (2) habet jus gladij (1).

Sic

Homo, (4) impossibiliter est lapis:
Adamas, impossibiliter est homo. (3) E.
Adamas, (2) *impossibiliter est lapis.* (1)
Deinde ponuntur in Syllogismo plures termini

mini
nem,
ambig

Qu

Hu
Suppo
specifia

Ex
QUIT

Ex
e.g.

mini

mini quam tres, tantum quoad significatio-
nem, quando scil. vel vox, vel rota phrasis est
ambigua. e.g.

Qui credunt (*salvifice*) salvantur. *Ioh. iii.*

Diaboli credunt (*historice*) E. *Epist. Jac. ii.*

Diaboli salvantur.

Huc refer omnes Syllogismos, in quibus
Suppositio Terminorum (*Generica, non verò
specifica*) variatur.

Vide Canones supra p. 35. positos.

SECUNDUS CANON.

EX PURIS PARTICULARIBUS NIHIL SE-
QUITUR. e.g.

Quidam lapis est albus.

Quidam lapis est niger. E.

Quoddam nigrum est album.

TERTIUS CANON.

EX PURIS NEGATIVIS NIHIL SEQUITUR.

e.g.

Nullum rationale est irrationale.

Nullus canis est rationalis E.

Nullus canis est irrationalis.

Sic

Quoddam animal non est rationale.

Quoddam animal non est homo. E.

Quidam homo non est rationalis.

QVARTUS

QUARTUS CANON.

MEDIUS TERMINUS NUNQUAM ACTU
CONCLUSIONEM INGREDI DEBET. *Hinc*

vitiose argumentor :

DEUS non est causa peccati.

DEUS est causa hominum. E.

DEUS, qui est causa hominum, non
est causa peccati.

QUINTUS CANON.

IN CONCLUSIONE NON DEBET ESSE
PLUS QUAM IN PRÆMISSIS ERAT. *Hinc*

vitiose argumentor :

Omne depositum est reddendum domino.

Arma sunt depositum. E.

Arma sunt reddenda domino *furioso.*

SEXTUS CANON.

IN CONCLUSIONE NON DEBET ESSE
MINUS QUAM IN PRÆMISSIS ERAT. *Hinc*

vitiose argumentor :

Johannes, fuit Romæ.

Johannes, fuit Argenterati. E.

Argenteratum est Roma.

Nam concludendum : E.

Quidam qui fuit Argenterati, fuit Romæ.

Sic

DEUS

DEUS, non est causa peccati

DEUS, est causa hominum. E.

Homines non sunt causa peccati.

Nam ita concludendum : E.

Quidam qui est causa hominum, non est
causa peccati.

SEPTIMVS CANON.

CONCLUSIO SEQUITUR PARTEM DEBILIOREM.

h.e. Si una ex præmissis est negans; Conclusio
etiam debet esse negans. Et si una ex præmis-
sis est particularis; Conclusio etiam debet ef-
se particularis.

*Da Canones Speciales de Syllogismo Formali
In Prima Figura?*

I. EX MAIORI PARTICULARI IN PRIMA FIGURA
NIHIL CONCLUDITUR. e.g.

Quidam Homo est Imperator Romanus

Papa est homo E.

Papa est Imperator Romanus.

II. EX MINORE NEGANTE IN PRIMA FIGURA NI-
HIL CONCLUDITUR. e.g.

Omnis homo est animal

Nulla bestia est homo E.

Nulla bestia est animal.

*Da Canones Speciales de Syllogismo Formali
In Secunda Figura?*

I. Ex

I. Ex MAIORI PARTICULARI IN SECUNDA FIGURA
NIHIL CONCLUDITUR. e.g.

c **A**Quaedam Substantia est Corpus

m **E** Nullus Spiritus est Corpus E.

st **E**s Nullus Spiritus est Substantia.

II. Ex PROPOSITIONIBUS AFFIRMATIVIS IN SE-
CUNDA FIGURA NIHIL CONCLUDITUR. e.g.

b **A**r Omnis homo est animal

Omnis bestia est animal E.

Omnis bestia est homo.

*Da Canones Speciales de Syllogismo Formali
In Tertia Figura?*

I. Ex MINORE NEGANTE IN TERTIA FIGURA NIHIL
CONCLUDITUR. e.g.

Omnis linea est quantitas

Nulla linea est numerus. E.

Nullus numerus est quantitas.

II. Ex CONCLUSIONE UNIVERSALI IN TERTIA FI-
GURA NIHIL CONCLUDITUR. e.g.

Omnis homo est rationalis

Omnis homo est animal E.

Omne animal est rationale.

*Quanam sunt Principia Syllogismi
perscientia?*

Reductio & Expositio.

Reductio quoruplex est?

Duplex: *vel* Ostensiva, *vel* per Impossible.

Reductio

S. *yu*

M. *vu*

Iam

Q

est,

mih

H

major

r.

Hi

major

plicite

OPERATIO.

61

Reductio Ostensiva quo versu
continetur?

ILLO:

S. vult simpliciter verti. P. vero per accid.
M. vult transponi. C. per impossibile duci.

*Iam recense, quomodo modi secunda & tertia Figura
usitate reducantur reductione ostensiva
ad primam?*

Quoniam id facilius per exempla fieri potest, peto ut quidam Syllogismi reducendi mihi proponantur.

*Ergo sequens Syllogismus quomodo
reducitur?*

CE Gemma est planta

A Flos est planta E.

rE Flos est gemma?

Hic Syllogismus reducitur ad Celarent, majorem simpliciter convertendo: e.g.

CE Planta est gemma

IA Flos est planta E.

rEnt Flos est gemma.

Quomodo reducitur iste?

CAM Adamas est gemma

ES Flos est gemma E.

trES Flos est adamas?

Hic reducitur ad Celarent, transponendo majorem; & minorem conclusionemq; simpliciter convertendo. e.g.

CE

FIGURA

IN SE-

g.

ali

RA NIHI

RTIA Fi-

ossibile.

Reductio

TERTIA MENTIS

CE Gemma est flos
 IA Adamas est gemma E.
 rEnt. Adamas est flos.

Quomodo reducitur ille?

FEL *Homo est irrationalis*
 AP *Homo est animal*
 tON *Animal est irrationale?*

Hic reducitur ad modum Ferio, minorem
 convertendo per accidens. e.g.

FE Homo est irrationalis
 rI Animal est homo. E.
 O Quoddam animal est irrationale.
*Ostende reductionem etiam
 hujus?*

DIS *Ars est liberalis*
 AM *Ars est utilis E.*
 IS *Utile est liberale?*

Hic reducitur ad modum Darii, majorem
 & conclusionem simpliciter convertendo,
 minorem vero transponendo. e.g.

DA Ars est utilis
 rI Liberale est ars E.
 I Liberale est utile.

Reductio per impossibile quo versu continetur?

ISTO:

Servat

Servat
 Tertu

R
 bara
 dicti
 sion

R
 bara
 dicti
 sion

Servat Majorem, variatq; Secunda Minorem:
Tertia Majorem variat, servatq; Minorem.

*Ergo hic Syllogismus quomodo per Impossibile
 reducitur?*

BAr Adamas est gemma

OC Lapis est gemma

O Lapis est adamas?

Reducitur per Impossibile ad modum Bar-
 bara, servando majorem, & assumpta contra-
 dictione transponendo minorem in conclu-
 sionem. e.g.

BAr Adamas est gemma

bA Lapis est adamas E.

rA Lapis est gemma.

Quomodo per Impossibile reducitur iste?

BOC Ars est bona

Ar Ars est tractabilis E.

do Tractabile est bonum?

Reducitur per Impossibile ad modum Bar-
 bara, servando minorem, & assumpta contra-
 dictione transponendo majorem in conclu-
 sionem. e.g.

BAr Tractabile est bonum

bA Ars est tractabilis E.

rA Ars est bona.

E

Quid

Servat

Quid de modorum literis initialibus notandum est?

Hæ literæ initiales indicant ad quem modum primæ figuræ modi secundæ & tertiæ figuræ sint reducendi : Ergo qui modi incipiunt à litera B. illi reducuntur ad Barbara : qui à C. ad Celarent : qui à D. ad Darii : & qui ab F. ad Ferio.

Quid de vocalibus A.E.I.O. observandum?

Hoc, quod A. sit idem quod universalis affirmans *Omnis* : & E. idem quod universalis negans *Nullus* : & I. idem quod particularis affirmans *Quidam* : & O. idem quod particularis negans *Quidam non est* :

Hinc versus :

Afferit A. negat E. sed stant generaliter ambæ :
Afferit I. negat O. stant particulariter ambo.

Quid est Expositio?

Expositio est probatio Syllogismi tertiæ figuræ, in quo pro medio communi substituitur medium singulare, retenta conclusione eadem. e.g.

DA Homo est rationalis
rAP Homo est animal. E.
tI Animal est rationale.

Hic

Hic Syllogismus mutatur in *Expositio-*
rium hoc modo :

Petrus est rationalis

Petrus est animal *E.*

Quoddam animal est rationale.

SECUNDUM MEMBRUM.

DE

DIVISIONE SYLLOGISMI.

Quomodo dividitur Syllogismus ?

I. RATIONE SUBSTANTIÆ. II. RATIO-
NE QUANTITATIS. III. RATIONE QUALI-
TATIS.

I.

Syllogismus ratione Substantiæ quotuplex ?

Duplex: *Vel Simplex*, qui habet proposi-
tiones simplices: *Vel Compositus*.

Syllogismus simplex quomodo dividitur ?

In *Absolutum* sive *Purum*, qui habet pro-
positiones absolutas. *e.g.*

A. Animal est sensitivum

A. Homo est animal *E.*

A. Homo est sensitivus.

Et in *Modalem*, qui habet propositiones
modales.

Hic

E 2

Moda-

Modalis quatuorplex?

Duplex: *vel primarius; vel secundarius:*
Estque primarius vel compositus, vel divisus.

*Quid est Syllogismus Modalis primarius
 compositus?*

Syllogismus modalis primarius compositus est, quando modus vel præ. vel postponitur. e.g.

Necesse est hominem esse rationalem
Necesse est Petrum esse hominem E.
Necesse est Petrum esse rationalem.

Sic

Impossibile est hominem esse lapidem
Impossibile est gemmam esse hominem E.
Impossibile est gemmam esse lapidem.

*Quid est Syllogismus Modalis primarius
 divisus?*

Syllogismus Modalis primarius divisus est, quando modus interponitur. e.g.
Homo, necessario est rationalis
Petrus, necessario est homo E.
Petrus, necessario est rationalis.

Sic

Homo, impossibiliter est lapis
Gemma, impossibiliter est homo E.
Gemma, impossibiliter est lapis.

Qui-

Duo
 COMP
 LEM DIV
 MINOS.

II. M

Q

Syll
 jori pro
 dispon

Tripl
 lis. II.

Syll
 propo
 Si

Duo
 cedent

S

*Quinam Canones primario hinc notandi
sunt?*

**DUO: I. OMNIS SYLLOGISMUS MODALIS
COMPOSITUS DEBET REDUCI AD MODA-
LEM DIVISUM, UT APPAREAT, QUOT HABEAT TER-
MINOS.**

II. MODUS SEMPER APPONI DEBET PRÆDICATO.

*Quid est Syllogismus Compositus, quatenus
opponitur simplici?*

Syllogismus Compositus est, in cujus ma-
jori propositione tota conclusio cum medio
disponitur.

Quotuplex est?

Triplex: I. Hypotheticus seu Conditiona-
lis. II. Disjunctivus. III. Copulatus.

Quid est Syllogismus Hypotheticus?

Syllogismus Hypotheticus est, qui constat
propositione hypothetica. *e.g.*

Si Petrus est homo, est animal. atqui

Petrus est homo. *E.*

Petrus est animal.

*Syllogismus Hypotheticus quot habet modos
concludendi?*

Duos: Primus concludit à positione ante-
cedentis ad positionem consequentis.

e.g.

Si homo est animal, est sensitivus. atqui

E 3

Ho.

TERTIA MENTIS

Homo est animal. *E.*

Homo est sensitivus.

Et reducitur ad modum BARbArA vel
DArll, omissione conjunctionis cum Sub-
jecto. *e.g.*

BAr Animal est sensitivum

bA Homo est animal. *E.*

rA Homo est sensitivus.

Secundus concludit à sublatione conse-
quentis ad sublationem antecedentis. *e.g.*

Si lapis est animal, est sensitivus. atqui

Lapis non est sensitivus. *E.*

Lapis non est animal.

Et reducitur ad modum CAMEstrES. vel
BAROCO. *e.g.*

CAM Animal est sensitivum

ES Lapis est sensitivus *E.*

trEs Lapis est animal.

Quid est Syllogismus Disjunctivus?

Syllogismus Disjunctivus est, qui constat
propositione disjunctiva. *e.g.*

Petrus aut est homo, aut est bestia. atqui

Petrus est homo. *E.*

Petrus non est bestia.

Syllogismus Disjunctivus quot habet modos
concludendi?

Duos

Duos : *Primus* concludit à positione antecedentis ad sublationem consequentis. e.g.

Homo aut est rationalis, aut irrationalis. atq̃

Homo est rationalis. *E.*

Homo non est irrationalis.

Et reducitur ad modum *CEArEnt.* e.g.

CE Rationale est irrationale

LA Homo est rationalis. *E.*

rEnt Homo est irrationalis.

Secundus concludit à positione consequentis ad sublationem antecedentis. e.g.

Animal aut est insensitivū, aut sensitivū. atqui

Animal est sensitivum. *E.*

Animal non est insensitivum.

Et reducitur ad modum *CESArE.* e.g.

CES Insensitivum est sensitivum

A Animal est sensitivum. *E.*

rE Animal est insensitivum.

Cum plerumq̃, ad Syllogismum Disiunctivum
referri solet Dilemma, dic quid sit

Dilemma?

Dilemma est Syllogismus Disiunctivus explicatior, utramque partem minoris probans, ut utrinque feriat adversarium. e.g. Aut bene, aut male locutus sum : Si male, ostendendum : Si bene, quare me verberas?

E 4

Quid

TERTIA MENTIS

Quid est Syllogismus Copulatus?

Syllogismus Copulatus est, qui constat propositione copulata negante, e.g.

Salomon non & Rex & Subditus est. atqui

Salomon Rex est. E.

Salomon non est Subditus.

Syllogismus Copulatus quot habet modos concludendi?

Duos: Primus concludit à positione antecedentis ad sublationem consequentis. e.g.

Salomon non & Rex est, & Subditus. atqui

Salomon est Rex. E.

Salomon non est Subditus.

Et reducitur ad modum *CELA rEnt*. e.g.

CE Rex est Subditus

LA Salomon est Rex. E.

rEnt Salomon est Subditus.

Secundus concludit à positione consequentis ad sublationem antecedentis. e.g.

Equus non & Homo est, & Bestia, atqui

Equus est Bestia. E.

Equus non est homo.

Et reducitur ad modum *CESArE*. e.g.

CES Homo est bestia

A Equus est bestia

rE Equus est homo.

Quid

minorem, tunc minor illa est infinita & affirmans: & Syllogismus est legitimus. e.g.

Omne non-animal est expers sensus

Omnis lapis est non-animal. E.

Omnis lapis est expers sensus.

III.

Ratione *Qualitatis* quoruptex est Syllogismus?

Duplex: *Vel Affirmans, cujus conclusio affirmat; Vel Negans, cujus conclusio negat.*

Argumentationes imperfectae quoniam sunt?

Enthymema. Inductio. Exemplum. Sorites. Instantia. *πὸ Βίαιον.*

Quid est Enthymema?

Enthymema est argumentatio, in qua una ex praemissis retinetur *ἐν ὁμοίῳ ἢ e.* in mente: Retinetur autem major, si subiecta sunt paria. e.g.

Liberalitas est virtus. E.

Liberalitas est laudanda.

Minor verò retinetur, si praedicata sunt paria. e.g.

Omne vitium est culpandum. E.

Prodigalitas est culpanda.

Quid est Inductio?

Inductio est Argumentatio, quae procedit à notioribus nobis, & ex multis singularibus facit

Quid est h.l. PONERE & TOLLERE?

PONERE h.l. est, membrum repetere, sicque positum erat : TOLLERE verò est assumere membrum contradictoriam.

II.

Ratione Quantitatis quomodo consideratur
Syllogismus?

Consideratur vel ratione Signorum, vel ratione Terminorum.

Ratione Signorum quatuorplex est Syllogismus?

Duplex : vel Definitus, qui habet propositiones definitas ; vel Indefinitus, qui habet propositiones indefinitas.

Definitus Syllogismus quatuorplex?

Duplex : vel Universalis, qui habet conclusionem universalem ; vel Particularis, qui habet conclusionem particularem.

Syllogismus ratione Terminorum quatuorplex?

Duplex : vel Finitus, qui habet propositiones finitas ; vel Infinitus, qui habet propositiones infinitas.

De Syllogismo Infinito quid notandum?

Quando particula NON continetur in subjecto majoris, & cum illo transfertur in

E S

mine.

Quid

facit Conclusionem universalem. e. g. Pueri moriuntur, senes moriuntur, pauperes, divites, subditi, reges moriuntur. &c. E. Omnes homines moriuntur.

Quid est Exemplum?

Exemplum est Argumentatio, quæ ex singulari tantum singulare colligit. e. g. Abrahamus justificatus est fide. E. Jacobus etiam justificatus est fide.

Quid est Sorites?

Sorites est cumlatio Syllogismorum: valde Consequentia, si propositiones sunt essentielles. e. g.

Omnis *Homo* est animal

Omne animal est sensitivum

Omne sensitivum est vivum

Omne vivum est animatum

Omne animatum est mixtum

Omne mixtum est corpus

Omne corpus est substantia E.

Omnis Homo est *Substantia*.

In hoc Sorite sex continentur Syllogismi perfecti, qui probant quod *Homo* sit Substantia, Corpus, Mixtum, Animatum, Vivum, Sensitivum. Quod si verò propositiones sint accidentales, tunc N. V. C. Hinc vitiose argumentor:

Quæ

DE SYLLOGISMO

*Qui bene bibit, bene dormit,
 Qui bene dormit, nihil peccat,
 Qui nihil peccat, salvatur. E.
 Qui bene bibit, salvatur.*

Sic & iste fallit:

*Ex Ebrietate oriuntur mali mores,
 Ex malis moribus, bonæ leges,
 Ex bonis legibus salus Reip. E.
 Ex Ebrietate oritur salus Reip.*

Quid est Instantia?

Instantia est, quando Propositio universalis per particularem evertitur.

Quid est Violentum?

Quando eo ipso Argumento, quo adversarius meus utitur, & ego utor contra adversarium, atque sic illum suo sibi gladio jugulo.

F I N I S
 PARTIS FORMALIS.

Necess: || nunq. falsa.

Conting: || Vera

Possib: ||

Imposs: || nunq. vera.

LOGI-

PARS MATERIALIS.

Syllogismus ratione materiae quotuplex?

TRiplex: VEL NECESSARIUS, qui alias vocatur apodicticus seu demonstrativus: VEL PROBABILIS seu Topicus: VEL FALSUS seu Sophisticus.

DE

SYLLOGISMO NECESSARIO.

Quid est Syllogismus Demonstrativus?

Syllogismus demonstrativus est qui constat ex propositionibus veris, primis, immediatis, prioribus, notioribus, & causis conclusionis.

Quanam sunt partes Syllogismi demonstrativi remote?

Tres Termini: I. *Affectio*, seu id quod demonstratur: (in parte formali est terminus major.) II. *Subjectum demonstrationis*, seu id cui prædicatum demonstrationis inesse probatur: (in parte formali dicitur terminus minor.) III. *Principium seu medium demonstrationis*, per quod probatur, quod prædicatum in sit Subjecto: (in parte formali dicitur terminus medius.) e.g.

A.

DE SYLLOGISMO

A. Rationale est capax doctrinæ.

A. Homo est *rationalis* (medium)

A. Homo (subjectum) est capax doctrinæ (affectio).

Quum omnis doctrina dianoëtica ex antecedente cognitione fiat, quid de istis Terminis præsciendum?

Primo, de affectione præsciendum est, quid sit quoad nomen: *Deinde*, de subjecto præsciendum, quod sit actu, & quid sit quoad nomen. *Tertio*, de principiis præsciendum, quid sint quoad nomen, & quod sint.

Quenam sunt partes Syllogismi Demonstrativi proxima?

Partes Syllogismi demonstrativi proxima sunt propositiones necessariae.

Quoniam demonstratio est Syllogismus ex necessariis, ergo scire volo, quot sint gradus necessitatis, sive

Quenam sint notæ propositionum necessariorum?

Gradus necessitatis sunt tres: *Primus* dicitur $\kappa\alpha\tau\alpha\ \pi\alpha\upsilon\tau\acute{o}\varsigma$ seu DE OMNI. *Alter* vocatur $\kappa\alpha\theta'\ \acute{\alpha}\upsilon\tau\acute{o}\varsigma$ seu PER SE. *Tertius* appellatur $\kappa\alpha\theta'\ \acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\varsigma$ seu UNIVERSALITER.

Quæ Prædicata dicuntur $\kappa\alpha\tau\alpha\ \pi\alpha\upsilon\tau\acute{o}\varsigma$?

Ea quæ omni Subjecto insunt, omni tempore, & omni loco. e.g. capax doctrinæ respectu ho-

Qu h
posit
titati
e.g. O
de on
riali i
tum e
quan
citur

Po
quan
ve def
& Dif
minis
spectu

alum
referu
affecti
spectu
nis.

Ter
cessario
pter ca
jugulu

Quo hominis. *Nota*: In parte formali ea propositio dicitur $\kappa\epsilon\iota\tau\acute{\alpha}\ \tau\alpha\upsilon\tau\acute{\iota}\varsigma$, quæ signum quantitatis universale affirmans præfixum habet. e.g. Omnis Arbor est Lapis: Vocaturque aliàs de omni prioristicum. In parte verò materiali illa dicitur $\kappa\epsilon\iota\tau\acute{\alpha}\ \tau\alpha\upsilon\tau\acute{\iota}\varsigma$, quando prædicatum omni subjecto competit, licet signum quantitatis desit. e.g. Homo est rationalis: Dicitur aliàs de omni posterioristicum.

*Quot sunt modi prædicationis $\kappa\epsilon\iota\tau\acute{\alpha}\ \alpha\upsilon\tau\acute{o}$
sive Per se?*

Potissimum tres: *Primus* Modus per se est, quando prædicatum pertinet ad essentiam siue definitionem subjecti. e.g. Genus (Animal) & Differentia (rationale) respectu Speciei (Hominis). Item Definitio (Animal rationale) respectu definiti (Homo.)

Alter Modus per se est, quando subjectum pertinet ad essentiam prædicati. Huc referuntur omnes prædicationes propriarum affectionum de suis subjectis. e.g. Risibile respectu hominis. Rugitivum respectu leonis.

Tertius Modus per se est, quando unum necessario est propter alterum: ut effectus propter causam. e.g. $\tau\acute{o}$ mori, respectu illius, cui jugulum est confossium.

Que

Quæ predicata dicuntur ῥεῖδ' ὅλα?

Ea, quæ non tantum omni subjecto insunt, sed quæ subjecto insunt quâ tali, & primo, & reciprocè. e.g. rationale respectu hominis.

Quot sunt species Demonstrationis?

Duæ: *Una* dicitur per Impossibile, quæ nititur fundamento contradictionis. e.g. Si quis negaret infantes habere fidem, is ita ad absurdum deduceretur:

CAM Quicumque salvatur, habet fidem.

ES Infantes (per te) non habent fidem. E.

trES Infantes non salvantur.

Altera Species Demonstrationis vocatur *Ostensiva*, quæ ex propositionibus necessariis rem simpliciter ostendit.

Demonstratio Ostensiva quotuplex est?

Duplex: *Primo* ῥε δῖον, PROPTER QUID, quæ aliàs ῥεῖ δῖον vocatur Demonstratio, item Demonstratio à priori, seu potissima: *Deinde* ῥε ὄν QUOD, quæ aliàs dicitur Demonstratio à posteriori.

Quid est Demonstratio PROPTER QUID?

Demonstratio PROPTER QUID est, quæ non tantum dicit, quod res sit, sed etiam cur res sit. e.g.

Omne

NECESSARIO.

75

Omne animal est sensitivum

Omnis homo est animal E.

Omnis homo est sensitivus.

Demonstratio rō 3m quotuplex est?

Duplex: *Vel* ex effectu demonstrat causam.

e.g.

Quicquid nutritur & augetur, illud habet vitam.

Plantæ nutriuntur & augetur E.

Plantæ habent vitam.

Vel ex remotione causæ probat non esse effectum, & concludit tantum in modo CAMES-
TES.

CAM Omne sentiens vivit

ES Nullus lapis vivit E.

TES Nullus lapis est sentiens.

Quinam est effectus Demonstrationis?

Effectus Demonstrationis est SCIENTIA.

Quid est SCIENTIA?

SCIENTIA est contemplatio certa, evidens, argumentativa è proxima causâ.

Quinam est Effectus SCIENTIÆ?

Effectus Scientiæ est DEFINITIO.

DEFINITIO quotuplex est?

Duplex: *Una* est nominalis, quæ ex ipso nomine sumitur. e.g. F Ecli.

Omne

DE SYLLOGISMO

Eclipsis lunæ est defectio lunæ.

Altera est realis, quæ *Vel essentialis* est, & ex genere proximo & differentia specifica constat; & quæ dicit, quid res sit, causasque internas, scilicet materiam & formam completitur. *e.g.* Homo est animal rationale: *Vel causalis*, quæ causam externam, scilicet efficien-tem aut finem rei addit: *e.g.* Tonitru est sonus ex fractione nubium

ortus.

SYLLOGISMO PROBABI.

Quid est Syllogismus Topicus?

Syllogismus Topicus seu Dialecticus est qui constat ἐξ ἐνδοξων seu propositionibus probabilibus. *Vel* Dialectica est methodus, per quam possumus argumentari de omni proposito problemate ex probabilibus.

Quid est Problema?

Problema est id, de quo probabiliter ex ἐνδοξου differitur. e.g. Estne mundus æternus, necne?

Quid sunt ἐνδοξα seu probabilia?

Ἐνδοξα seu probabilia sunt, quæ vera videntur vel omnibus, vel pluribus, vel sapientioribus: Hisque sapientioribus, vel omnibus, vel pluribus, vel præstantioribus.

Quot sunt problemata Topica?

Quatuor potissimum, *Primo* est problema Generis, (sub quo comprehenditur problema Speciei). *Deinde* est problema proprii. *Tertio* Definitionis (quo referri potest problema Differentiæ). *Quarto* Accidentis.

Quinam est Finis Syllogismi Topici?

Finis Syllogismi Topici est OPINIO.

Quid est OPINIO?

OPINIO est inclinatio ad assensum, ob rationem aliquam probabilem, cum formidine oppositi.

NB. *Maximas ad singulos locos pertinentes, peras è Dialectica D. DANNHAWERI. à pag. 44. ad pag. 57.*

DE

SYLLOGISMO SOPHISTICO.

Quid est Syllogismus Sophisticus?

Syllogismus Sophisticus (Eristicus, Litigiosus, Contentiosus) est, qui vel in forma vel in materia peccat.

Quid est Sophista?

Sophista est persona mendax, sub specie veritatis imponens.

Quid est Sophisma?

Sophisma est, quæ videtur Sapiencia, cum non sit.

Quos sibi fines Sophista habet propósitos?

Quinque potissimum. 1. Elenchum seu contradictionem. 2. Falsum. 3. Paradoxum seu absurdum. 4. Solœcismum. 5. Ἀπολογία seu negationem.

Quid est Elenchus in genere?

Elenchus est Syllogismus cum contradictione conclusionis.

Quo-

Elen

Elen
bilibus
fioni adElen
reter t
farii: &Par
tum, qu
est, & fa
omnia.Solo
maticoNug
rerum,LocDuplic
nem in

Quotuplex est Elenchus?

Elenchus est duplex: *Vel* verus; *vel* falsus.

Quid est Elenchus verus?

Elenchus verus est, qui ex veris vel probabilibus præmissis revera contradicit conclusioni adversarii.

Quid est Elenchus falsus?

Elenchus falsus, seu vitiosus est, qui apparenter tantum contradicit conclusioni adversarii: & hoc utitur sophista.

Quid est Paradoxum seu absurdum?

Paradoxum seu Absurdum est argumentum, quod opinioni hominum dissentaneum est, & sæpe verissimum: e. g. Sapiens possidet omnia.

Quid est Solœcismus?

Solœcismus est locutio contra leges Grammaticorum.

Quid est Nugatio?

Nugatio est ejusdem vocis, earundemque rerum, inutilis repetitio.

Loci, ex quibus Sophista argumenta sua depromunt, quotuplices sunt?

Duplices: Alii in dictione; Alii extra dictionem imponunt.

Quæ?

Quenam sunt Fallacie, quæ in dictione imponunt?

Fallacia 1. Homonymias, quæ est in una voce. 2. Ἀμφιβολίας, quæ est in tota phrasi. 3. Compositionis & Divisionis, 4. Prosodiæ seu accentus. 5. Figuræ dictionis,

Quæ sunt Fallacie extra dictionem?

Fallacia 1. Accidentis. 2. A dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. 3. Ignorantionis elenchi. 4. Petitionis principii. 5. Consequentis. 6. A non causa ut causa. 7. Πλῴσις seu plurium interrogationum.

Hic iterum te ad Dialecticam D. DANNHAWERI remittimus; in qua à pag. 57. ad pag. 62. dictæ Fallacie genera & definiuntur, & exemplis declarantur. Quod reliquum est, me non fugit, alios alias in nonnullis fovere opinionones. e. g. in nobilissima doctrina de Suppositione docebunt eam esse Simplicem, in qua vox sumitur pro immediatis significatis, & in altu signato: ut Homo est species, animal est genus &c. de descensu copulato autem tacebunt: Hinc ad divisionem Suppositionis Personalis addent Copulativam, cum vox pro omnibus, non singulatim seu soorsim, sed conjunctim capitur: ut Pradicamenta sunt decem. h. e. & Substantia, & Quantitas &c. & omnia conjunctim accepta, sunt decem. Imo alias subtilitates pro ingenij acumine bene tradent. Sed pagellas hæc excusabit Commentarium, ex quo descripta sunt, VALE.


FINIS.

one

est in una
phrasi. 3.
Fodiæ seu

?
o secun-
s. Ignora-
i. 5. Con-
a. 7. Ho-
num.

INHAWERI
Fallacia ge-
Quod reli-
fovere opi-
ne docebunt
mediatis si-
tes, animal
bunt: Hinc
pulari sam,
m, sed con-
h. e. Sub-
m accepta,
cumine be-
nariis, et



1511, 6.

